PROSPERI TATII
Panegyricus.

IN ILLVSTRISSIMVM
AC REVERENDISSIMVM
PHILIPPVM SALVIATVM
PRATENSI ECCLESIÆ
PRAEPOSITVM.



FLORENTIÆ APVD IVNTAS,
Cum licentia Superiorum. 1606.

ILLVSTRISSIMO D. ANTONIO SALVIATO.

PROSPER TATIVS S. P. D.

CHrysippum Philosophum, Dionysiodoro licet dissentiente, probos filios laudibus parentes augere, frequenti prouerbio dicere solitum, rectè vel ex eo iudicasse puto, cum Illustrissimi ac Reuerendissimi Philippi Ecclesiæ Pratensi Præpositi filij gloriam, ab eius optimæ spei pueritia sibi non minus haud inuita Minerua, quam studio, ac labore comparatam, ad te totam spectare animaduerterem, teque omnes hac re felicissimum vno ore prædicarent. Quamobrem a me haud impigrè, ac peramanter elaboratum Panegyricum filij, tanto Patre digni, vni tibi acerrimo patrono, patri optimo, ac tanto digno filio, cæteris omnibus Heroibus, tui similibus, ac Mœcenatibus omissis, me æquitas ipsa vt sacrem, dicemque impulit. Huc me quoque illud consilij adduxit, vt Saluiatam familiam per se cla-

rissimam, totius Italiæ ornamentum, probatissimorum Cardinalium seminarium, ac Sac. S. Rom. Ecclesiæ decus, omnes summo amore, atque obseruantia prosequi pelliciãtur, quam quidem ego, nisi maximo in honore haberem, & colerem, ac eius laudes scriptis aliquando detererem meis, nefas esse ducerem Prospera tu hac filij fortuna ita lætari ne velis, altissimum vt illi, de quo tanta est hominum opinio, quanta summæ tuæ est liberalitatis commendatio, cum tantæ domus splendor, tum per raræ eius animi suauitates dignitatis gradum continuò non augurentur, melioriaque in dies à nostris Musis laudatissimum in filium expectes. Me enim, quem in eius meritis conscribendis Homerum, maximarum laudum præconem celeberrimum, haberi malles, Bauium saltem, aut Meuium, imò industriæ amantem, inertiæq; culpæ, quam elegantes Athemensium mores imitans, grauæ, tanque crimen, seuerè mulctandam existimas, minime affinem intelliges; ita vt si antiquis præclarè gestarum scriptoribus Alexander ille gloriatus sit e recentioris ingenij honore Philippus fortaße non erubuerit, aut ipse Syllani Vatis conditionem reportaro. Per exiguæ hoc

qua-

qualecunque attigi elucrubrationis, vt ob optimo sit animo, æqui ac boni consulæ, meque in tuorum tibi deditissimorum numerum adscribe. Deum nos Op. Max. vt nascenti filij laudi, ac dignitati quemadmodum interfuisti, nascituræ eius gloriæ, & intersis & prælis, vt te patræ, cuius consilio filijs accidere nil melius, nilque suauius potest, ille qualis Agamemnon Rex, vel ætate, vel prudentia Nestorem alterum, suauiloquentiæ miraculo à Perycle commendatum capiundis in consilijs habeat, vsque precibus fatigare audebimus. Vale Moecenas optime, dulce decus meum. Bisanctia Stellatinorum. xv. Kal. Aprileis. MDCV.

PROSPERI TATII
Panegyricus.

IN ILLVSTRISSIMVM
AC REVERENDISSIMVM

PHILIPPVM SALVIATVM
Pratensi Ecclesiæ Præpositum.

MAximus Altitonans vasti fabricator Olympi,
Pensilis ac terræ inuentor, liquidique Smaragdi.
Conuexu complens amplum, tectumque superbum,
Nulla ope egens, nutu solo primordia voluens,
Tessellatum id opus iactans, clarosque pyropos,
Ordine sydereum miro compinxerat aurum,
Ac motum statuit, sedeis iussitque perenneis.
Formam illi iniunxit, nobis nec forma videtur.
Altera pulcra magis, formæ similisque nec ipsi,
Verum inter tantas moles, orbeisque coruscos,
Lumine sol præstat, nitidam cum lápada pandit,
Inferior qua quisq; globus micat omnis & æther,
Quin minus astra nitent claro sine lumine solis,
Quem posuit Deus ille ducem, sanxitq; nitere.

Duxque inter medius rapido rotat ocyor Euro,
Mobilis Eois auersa ad regna ad recurrit,
Atque indefessius repetit Titonia tecta,
Post iter emensum;longum spaciumq; reposcit.
Diffundit lucem terris sine luce relictis.
Quisq; suo gaudet splendore, animãtia cuncta:
Gẽmæ,hoĩnines,plãtæ,volucres,piscesq; Feræq;
Hunc animã mũdi,hunc numẽ gẽs prisca putauit,
Atque Deo tanquam supplex indixit honores,
Imposuitque aras, ac centum templa sacrauit.
Ac modo Phoebeum nomen circunsonat illi.
Illi indit Delphos, illi iuga nomina Cynthi,
Fertur Apollo modò,ac fertur modo Clarius,illi
Nec simile est quicquã,perstat qui solus in orbe.
Sydereo è coetu tantos, solem vnde vocamus.
Hoc super in solio veluti qui cuncta gubernat,
Insidet irradians, magnum fecitque tribunal.
Quin contentus eo qui res, qui nomina sanxit,
Nomine faber abit, cantat ceu docta papyrus.
Virginea ac summus ni sol se clausit in aluo,
Vt genus insanum nigro deduceret Orco,
Et Satanæ obscuris radijs effiringeret iram.
Conctorum natura parens, ac summa potestas.
Solũ hominẽ eduxit, magnũ quẽ posse planetã,
Æ quare ingenij credam mirabile dono.
Hac ea nam gignit terris miracula dote,
A sole vt genitus, radixque à sole secuta.

Dica-

Dicatur, radius pariter de Sole profectus:
Sol æque ac niteat, Diuisque simillimus ipsis:
Accedat virtute sua, cæloque locetur.
Prodigiũ hinc ingens hominẽ Gymnasia docta.
Appellãt, magni ac paruũ sub imagine Mũdum.
Censent ac donum mire cælestibus ortum.
Si tellus illi, illi ignis, si pontus, & aer,
Hic sitit, ignescit, nec non humescit, & alget.
Ac totum veluti, ac cælũ quod cuncta recondit.
Cũcta tenet, cæloq; refert quot mẽbra trahũtur,
Ac parua in tabula pictor ceu magna laborat.
Facta prius, molem ingentem Sol iste figurat.
Parsq; obiecta capit puras, notat vndiq; menteis
Spiritus interior orbesq; mouensque ferensque.
Demonstrat ratioque lareis, elementa grauedo.
Et leuitas, sensusque tradunt bruta omnia, saxa.
Ossa ferunt virtusq; vigens dat denique plantas.
Huc si spectaret sapientum antiqua caterua.
Ingenijque forent ceu nobis munera Summj.
Nota tui, rerum dat, quæ natura magistra,
Quem facerent nisi te natum de luce superna?
Solem quem canerent ni te mortalibus ortum?
Quæ terras vitijs quondam indignata reliquit,
Nec mora, stelliferũ queribũda adscẽdit ad axẽ,
Quæ tollit dignos, indignos punit, & arcet,
Talem en te profert Alphææ Astræa peritæ.
Insignem virtute virũ SALVIATE PHILIPPE,

Quo

Quò te conſpicuum reddat, cingatque corona,
Atque inter proceres, ac ſancti iuris Heroas.
Emineas viridi ornatus ſacra tempora lauro;
Ac terris legum tenebras depellere iuſſus,
Socraticus pulcrò ore tones ſanctiſſima dona;
Quæ dat Athlantiades mira dulcedine verba,
Dulcia cum ſuaui ſtilles de pectore mella.
At ſoles lux vna duos vt ſole ſereno,
Portẽdit, ſubitò ac ſtupidas ſolet addere genteis,
Treiſque vno in motu ſuadet fulgeſcere ſoles,
Nunc tribus incedis titulis Sol auctus in vno,
Tempore, quo complet radiãtẽ Cynthius orbẽ.
Magnifica poſtquã Patruo ſubis æde Hyerarchę,
Non ſecus atque Aaron cælo delectus ab alto:
Præficeriſque ſacer ſacris, vbi CINGVLA claręt.
Goffrædi inuicti pignus, Solymaque ſuperbæ,
Virgineum decus, at VIRGO, quæ texerat alma.
Docta colos, & acu tunicas depingere ſueta,
Ocia regali in templo dum clara terebat.
Tum rude donatum te laurea ſerta coronant,
Sanctarum legum iubar, & memorabile lumen.
Inclyta (cui DRACO iã ſactũ Tyberinus ouile.
Cuſtodit) nunc Roma tuis virtutis auitæ,
Suſpiciens meritis æquos diuinat honores.
Ac miro in curſu ſpectatam vt lampada tradis,
Curat vt eniteas latæ præſtante tyara,
Qua per te, interea differt cum præmia digna.

Ferrè,sacra vtantur quoque Bissanctina gerētes.
Ac dum de celeri cura desistet Apollo,
Maiorique suo nutabit pondere tellus,
Latentur gentes,tantoque fruantur honore,
Hoc tyber exultat septem de collibus almus.
Profluere ac sperat per te grauioribus vndis,
Ac spectaresuum quondam per littora solem,
Cādida felicem cùm te quoque purpura cinget.
Et vehet ad geminos post clara negocia,honore:
Lympidus exultat Munio,nitidissimus Arnus,
Assuetus gestire suis pro ciuibus altis,
Maxima de fausto promit iam gaudia corde.
Qualis forte solet rex sceptra offensa reposcens.
Bellator,victor,tandem in sua regna reuertit.
Intumet ac meritò antiquo de patre Bisanctus,
Ac Prata exhilarans argentea flumina ducit,
Cū longa amissos reparet post tēpora honores
Restituatque aris tandem sacra munera parcis.
Miratur sceptrum argento quod gesserat olim.
Commissus Pastor Stellææ ab origine Terræ.
Miratur,speratque vices,insignia & vrbis.
Prima frui, nec longe aberit, si PRINCIPI Salta.
Munia spectantis propuis noua lumina vertant,
Ac Medicas,mollesq; manus ipse applicet vnus,
Ac iungat turreis glebis,vellatque myrices,
Et neua iura creet,ciueis,verumque Senatum.
Thure calent adytus te tanta in sede sedente,

Vnde

Vnde nites terris quantus super æthera Titan.
Lumina dependent centum laquearibus altis,
Sternunturque solo varij, pictique tapetes, (te.
Floribus ornátur STEPHANI sacra tẽpla Tonã
Cum summo Empyrei celsa lætantis ab arce.
Sacratosque struunt latices, cyathosque ministri,
Ac præeunt hymnos ferientes æthera rythmis,
Dum noua sacra paras, verũ Solemque precaris,
Succinctus peplo bombyce, auroque rigente,
Munera obis magnus, magna atq; insignia tractas
Miramur donumque Deum miramur amãtem,
Pastoremque grauem, donec meliora sequantur.
O fælix populus, cui iam contingit habere.
Pastorem tantum, tanta iam sorte triumpha.
Laxare vt iuslas, ac stringere nouit habenas,
Voce pia moueas cælestia Numina supplex,
Exigat sit Pylios annos, apicesque supremos,
Ocyus instauret nomen sua templa gerentũm.
Et grandeis tetigere gradus, sedesque priores,
Exempla adspirant patris quas candida tanti.
Sæcula quem similem terris tam læta tulere.
Non qui perpaucos æquis dignatur amore,
Iuppiter è cælo talem tam lætus amauit.
Innuba nec talem Pallas nutriuit alumnum.
Semine tu nunquam inuiso cælestibus ortus,
Vnde tot Heroes cælo quot sydera surgunt.
His Vaticani fauit sacra purpura celsi,

Nec dum tres illi fluxere è pectore nostro
(Quorũ gesta facrant æuo, uoua tẽpla perenui,)
Cardinei, splendor magni, sanctique senatus.
Nec teret obliuio, quanuis edat omnia tempus,
Marte graueis, validosq; viros, studijsq; Mineruæ,
Queis Solymæ insigni cinxerũt pectora torque,
Magnus quos Tuscus phaleris ornauit & auro.
Qui generos iunxere sibi ditione tenenteis
Etruriam, Vrbinum, nec nõn Populonia regna,
Oppida queis parent in maiestate verenda,
Cum populos subigant, leges, ac iura ministrent.
Diuitijs Crasso nec quis concedit habendis;
Ac iam testantur sumptus miranda sacella,
Antoni sacrata Patri Florentis ouilis,
Antoni quem gesta poli super astra tulerunt,
Dum caste in terris, ac sanctè duceret annos.
Testantur nec non augusta palatia Floræ,
Regali luxu, auleis ornata superbis.
At quotquot Romę circũ sacra moenia claudũt,
Æthera peruastũ SALVIATIA nomina tollũt,
Tẽpla, ædesq; pie, vnde ægri medicamina sumũt,
Ac Cerere, & Caccho turpes explentur egeni.
Nec reticenda domus, verè virtutis alumna,
Hic quando excolitur Sophiæ studiosa iuuẽtus
Et quæ alijs desunt, mensis discumbit auitis:
Prati (quod quondam Stella de Flumine tribum
Romæ habuit clarã, tribubus millisque secũdã
Pridem

Pridem ſtructa tuis vrbem referentia muro,
VINCENTI Diuo coenobia ſacra fatentur
Virtutem inſignem gentis, moreſque decoros.
Plurima demonſtrant cælo ſita rura ſecundo,
Demõſtrãt tabulæque aurique toreumata fului,
Marmorea ac ſigna, e veterum memorãtia facta.
At prius Oceanus paruo ſe gurgite condet,
Sydera & exiguus capiet quam plurima circus,
Annaleis liceat longos quam voluere auorum.
Pontificis pronepos, magnus cui paruit orbis;
Nec ſimilem viſurus erat qui culmina ſumma
Igniuomis verrit plauſtris, atque æquora tranat,
Inuida ni lacheſis properè noua cępta voraſſet.
Dum meliora rapit, dum peſſima, ſiqua, recuſat.
Illuſtri ante alias, & pulcra es ductus in vrbe,
Diuitijs, templis, ac triplice ponte ſuperba;
Mercurius cui ſæpe fauet, cui docta Minerua,
Cœli quæ faciem præfert, cui præſidet Archos
Meddicea pro ſole domo, cui candida virtus
Arridet, pietate grauis, nec iuſtior alter.
Syderibus natus felicibus, inter & omneis
Splendidior iam ſole micas in flore iuuentæ,
Tu Patrię, Clerique decus, columẽque ſaluſque,
Muſarum pater & cuſtos tu Caſtalis almi,
Quo ſchola floreſcit, Tuſcæ & facundia linguæ.
Nunc merito iuris tu conſultiſſimus æqui
Inter conſultos iuris ſplendeſcis, & inter

Soles Astrææ fulges, lex ipsa triumphat.
Æqua sao tutore, suum cuicunque datura
O fortunati nimium, o bis, terque beati
Auspicijs quorum tantis ea fata parantur.
Aurea iam miseris renouantur sæcula terris,
Ac tecum regnare cupit probitasque fidesque.
Dispulsusque diu pudor, & pietatis imago.
Imperio in placido tecum decertat, honorque.
Nobilis ac series rerum conuertit, & ordo.
Iam furor, & rabies, gentis vulcania pestis,
Ambitio, luxus, cædes, periuria, furta
Discedunt, rapideque petunt Cocytia regna.
Te impellente Dice læte descendet Olympo,
Cunctarum tanto rerum potitura nitore.
Adsis Sol igitur, tu Sol nitidissime, nobis,
Lenibus ac radijs propius Sol aspice nostra.
Myltiadis leges Clypei, sacra semina cæli,
Tu cælo satus illustri, Cæcropius alter
Tu Dux, Antistesque, geras cùm sacra Bisancti,
Fige oculos, mentisque acies intendat in illis,
Ac patriam tutare tuam, populosque dicatos,
Orbes vt secum voluant noua gaudia vestri,
Ac geminos te sole suo dent omnia plausus.
Dum maiora tibi despondent Numina blanda,
Dum te curriuagi fæcundant lumina Phoebi,
Teque manet Tyrij, nec spes mihi vana, colores,
Spectabo ipse tuas laudes, nomenque celebre.

Mantoho

Mantoho & quanuis vati ſententia diſpar,
Aque nouo Aſcræo nec ſat mihi gratia floret,
Tu nouus Æneas ſurges, te noſtra Camœna
Carmine iam refert Cælo, ni ſtamina ſcindat
Perſephone ante diem properâtis cruda ſenectę.
Interea liceat plectro reſonaſſe tenello,
Ac proprio adſpires cælo date Phœbe fauore.

FINIS